

EUROPAEA FOLIA SEXIES IN ANNO LATINE EDITA

Editrix responsalis: Diana LICOPPE - Avenue de Tervueren, 76-Tervurenlaan - 1040 BRUXELLIS  
Tel: 02/7345542  
Redactrices: Francisca DERAERDT et Diane LICOPPE

**Diana Franciscaque Lectoribus S.S.P.D.**

Vobis omnibus ferias optimas et ... Latinas exoptamus.

Partem alteram vitae Thesei tantum in proximo fasciculo legere poteritis, cuius loco vobis proponimus narrationem de Iasone et Pelle Aurata.

Ad nos iterum scripserunt discipuli Cadomenses Lycae Malherbensis; quorum scriptorum partem primam in pagina ultima legetis. Eis gratias plurimas agimus.

Curate ut optime valeatis et "Melissam" legere pergite.

**Quomodo Iaso Pellem Auratam conquisiverit.**

Iaso, cum adultus factus esset, ad Peliam, patrum suum, iit et ab eo imperium in urbe Iolco poposcit. Pelias, qui urbem ipse regere malebat, Iasoni imperavit ut primum pellem <sup>arjetis</sup> arietis, qui Phrixum per aerem transportaverat, nunc "pellem auratam" vocatam, domum reportaret. Patrus enim sperabat nepotem suum in expeditione peritum esse.


Argos ergo, Athena iuvante, Iasoni navem magnam et optimam extruxit. Postea, Iaso altum petit cum multis amicis e quibus nonnulli nobis sunt pernoti: Argos ipse, Castor et Pollux, Heracles et Orpheus. Navi nomen Argo erat et nautibus <sup>(Heracles)</sup> nomen Argonautae.

Post navigationem longam et difficilem, tandem Argonautae in Colchidem perveniunt. Statim ad regem eunt et pellem auratam expetunt. Rex iratus pellem, quae divitias et felicitatem regionis suae protegit, extraneo dare nolit. Quod tamen vetare fas non est. Rex ergo Iasoni insidias facit. Eum iubet duos tauros feros capere, postea serpentis dentes in agro serere et deinde, si adhuc vivit, draconem terribilem, qui pellem auratam servat, necare.

Feliciter Medea, regis filia, quae ab initio Iasonem amat et etiam est maga, navigatorem adiuvat. Sic Iaso, Medea iuvante, et duos tauros et milites, qui e satis dentibus nati sunt et illum ferocem draconem vincit. Omnibus periculis superatis, tandem pellem auratam capit.

Infelix ergo rex in nave Argonae Iasonem abire videt cum pelle aurata et ... filia sua carissima Medea quam heros uxorem duxit.





Deludificávit me  
ille hómo indignis  
módis.



Pro di immortáles, quid  
illuc est. Scepárnio, hóminum  
secúndum lítus?



Ubi sunt ei hó-  
mines, obsécro?



Hac, ad déteram,  
viden, secúndum lítus?



Vídeo. Útinam is  
sit quem ego quáero,  
vir sacérrimus.  
valéte.



Quod fácinus  
vídeo?

Quid vídes?

## DE NORMANNA FEROCISSIMA.

10e Sagii in diocesi Olnae Carlotta Corday d'Armont nata est, anno millesimo septingentesimo sexagesimo octavo post Christum natum (MDCCLXVIII). Petri Cornicis qui fabulam Le Cid scripsit neptis erat.

Prope Sadium infans in hoc aedificio tempus egit. Ab anno octavo aetatis suae Cadomi habitavit, ubi vitam agebat beatam...

... cum Lutetiae primum, deinde alicubi res novae factae sunt ! Licentia autem Rerum Novarum eam non delectabat.

Carlotta putabat Iohannem Paulum Marat auctorem publici consilii esse; itaque eum interficere statuit. Lutetiam in caput Francogalliae vecta est.

Marat visitavit dixitque nomina malorum civium ei tradere se velle. Clarus ille diurnarius qui stomacho laboraret in balneo lavationi se dedebat. Tum pugione eum percussit et interfecit. Mox Carlotta capite damnata est. Viginti quinque annos erat nata !

Cadomi currus urbani statio et taberna cuppedinaria a Carlotta nomina sua ducunt... Sic nullus Cadomensis illius oblivisci potest.

Scripserunt discipuli  
Lycaei Cadomensis Malherbe.

## CICERO AD CENAM INVITATUR

11e (Anno quinquagesimo octavo ante Christum natum, adversarii volunt Ciceronem in exilium expellere. Tamen Atticus amicus illum ad epulas invitat).

- Apud me eris tamquam domi tuae, inquit.

Nunc Cicero in triclinium Attici introit.

- Salvus sis, Marcus Tullius, inquit Atticus.

- Salvus sis.


- Gratias quod venisti !

- Gratias tibi quod me invitavisti. Perlibenter vero veni ! Vivo enim miserrimus. Mihi est solacio maximo quod me amas !

Cicero in medio lecto accumbit.

Ecce servi fercula tenentes. Sunt lactucae, cochleae, ova, olivae ... <sup>Paulo post</sup> ~~Mox~~ cena ipsa incipit : speciale pulmentum affertur. Cicero hoc libenter gustat. Cibum enim est quem praefert !

12e Scripserunt Elisabetha Morel et Karina Guedo,  
discipulae secundae classis in Lyceo Cadomensi  
"Malherbe".



<u>Mox</u> spectat ad  
tempus futurum,  
non praeteritum  
ut in narratione